Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



poterat loqui ad illos: et cognouerunt quod
uisionem uidisset in templo Et ipse erat innuens
illis: et permansit mutus Et factum est ut im
pleti sunt dies officii eius abiit in domum suam
Post hos autem dies concepit elizabeth uxor eius
et occultabat se mensibus quinque dicens Quia
sic fecit mihi dominus in diebus in quibus respexit
auferre opprobrium meum inter homines offe
ramus tuae Sec. Munera domine oblata sanctifica
et intercedente beato johanne baptista nos
per hec a pecatorum nostrorum maculis emunda Per Dominum
Postcomm. Comp. Pro. Refecti cibis diuinis deus.
ut qui celestia alimenta percepimus: intercedente
beato johanne baptista: per hec cuncta omnia
aduersa mundamur Per Dominum Ad s. ad publicam missam
De uentre matris mee uocauit me dominus nomine
meo et posuit os meum ut gladium acutum sub
tegumento manus sue protexit me posuit me
quasi sagittam electam Ps. Bonum est confiteri domino et
psallere nomini tuo altissime Eliapa et filio Oratio
Deus qui presentem diem honorabilem
nobis inluxisti johannis natiuitate fecisti: da plis tuis spiritalium gratiarum gaudiorum
et omnium fidelium mentes dirige in uiam
salutis eterne Per Dominum Oratio ysaie prophete
Hec dicit dominus Audite insule: et attendite populi longe Dominus a utero uocauit
me: de uentre matris mee recordatus est no
minis mei Et posuit os meum quasi gladium
acutum: in umbra manus sue protexit me Et
posuit me sicut sagittam electam: in pharetra

tra sua